Quelle:
Copyright:

Cod. IV.

Membraneus. Fol. max. Sæc. 13. 1.4.

Azonis Suma

Continet Sumam Azonis in jus civile. Scriptus est exili quidem sed eleganti characterе, subinde laciер et medius in Rubricas distinctus, multis tum in marginem tum ad oram libri adjectis annotationibus. Manus videtur esse Sæc. 13. Reliqua facies hoc: Folio primo incipiunt Rubricæ: "In nõe dni nri ihũ xpi. Infra septe sũt Rubricæ Sume sup nouẽ libris codicis ab Azone jeliũ composite"; in fine folii tertii: "Explicitunt Rubricæ Sume composite ab Azone jeliũ sup nouem libris codicis". Folio quarto: "Incipiũt Rice. Materie ad pandectam Sm Joh". Eadem pagina Columna 2da: "Explicũt Rice Sume extraordinarie". Ejusdem folii pagina aversa: "Incipiunt Rubricæ Sume institutonũ a dno Azone cõposite"; hoc autem tabula in fine mutilata est. Ipsa Suma in codicem occupat Fol. 150 et ½. et incipit cum proëmio ad Sumam codicis per Dominum Azonem his verbis: "Cum post inventionem scientia etc". In fine hujus Sumæ legitur: "Explicit suma super VIIII libris codicis ab Azone jeliũ composita, dõ dicam grãs." Pagina aversa folii 151. est brevis Comentarius in Legem Pomponii si negotium, et incipit: "Lex ista licet multis difficilis videatur propter confusionem glossularum", sed manus recentior hunc Comentarium pagina racta addidit. Fol 152. "Incipit materia ad pandectam", his verbis: "In nomine Patris et F. et sp. Scti amen; principium omnium rerum est Deus"; implet 8 folia, ubi in fine: "Explicit suma extraordinaria". Folio sequenti: "Suma institutionum a Domino Azone composita"; initium: "Quasi modo geniti pueri vel adulti", quæ occupat folia 18½; in fine; "Explicit Azonis prudentis Suma docentis". Denique in ora codicis infima legitur hoc subscriptio: "Ego Lainerius huic Sume finẽ imposui aõ dni Mcc Xvii. Septimo decimo. Idibus Septẽbris. i montem acrio huc truffecto de pangano psente. grãs" — /. hic aliquid deletum, fors Xto / refero t.-p'/. propter/ dilõnem nimiam." Id est: Ego Lainerius huic Sumæ finem imposui anno Domini 1217. Idibus Septembris in monte acrio huc truffecto de pangano presente. Gratias (Xpto) refero

182

Kennedy 2. Lexicon